

www.e-rara.ch

Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Basileae, [1536-1538]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 II 1-6

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-62470>

Commentaria in epistolam primam [- secundam] ad Thessalonicenses

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A Domini, quod iustum est & æquum, seruis præstate.] Patres magis uos sentire debent q̄ dominos. Vnde & patres familias appellantur. **b** ¶ Scientes quoniam & uos dominum habetis in cœlo.] Qualem circa uos dominū uultis esse, tales & uos estote conseruis. **c** ¶ O,

ta faciet, Tychicus charissimus frater &c.] Securos illos uult esse de sua incolumitate, ne hac essent tristitia occupati. **n** ¶ Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus.] Simul uinctus erat, siue compatiebatur charitatis affectu. **d** ¶ Et Marcus consobrinus Barnaba, de

quo accepistis mada ta &c. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei &c.] In nouo testamento, per quod intratur regnū, sicut satanas mors dicitur, quia ipse causa mortis. **p** ¶ Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei.] Iam erāt perfecti, qui per seuerare monentur. Laborē ergo eorum suis orationibus adiunabat. **q** ¶ Testimoniū enim illi perhibeo &c.] qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.] Tales erant primi temporis discipuli apostolorum, ut imitarentur magistros, & pro omnium essent salute solliciti. **r** ¶ Salutat uos Lucas medicus charissimus, & Demas.] Euangelista ex medico erat, sicut Matthæus iam apostolus adhuc dicitur publicanus. **s** ¶ Et dicite Archippo: Vide ministeriū qd̄ accepisti in dño, &c.] Hic diaconus fuisse perhibetur. **t** ¶ Salutatio mea Pauli. Memores estote uinculorum meorum &c.] Siue orate, ut reddat uobis siue mementote, quia uestri hæc patior causa, & imitamini tolerantiam passionum.

Esa. 50. b
secundū Lxx

Domini quod iustum est & æquum, seruis præstate, scientes quoniam & uos dominum habetis in cœlo. Orationi instate, uigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi: propter quod etiā uinctus sum, ut manifestem illud, ita ut oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tēpus redimentes. Sermo uester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere. Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister, & conseruus in domino: quem misi ad uos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa uos sunt, & cōsoletur corda uestra cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex uobis est, qui omnia quæ hic aguntur, nota facient uobis. Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcellus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata. Si uenerit ad uos, suscipite illum. Et Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circūcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerūt solatio. Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei. Testimoniū enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro uobis, & pro his qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli. Salutat uos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo eius est ecclesia. Et cum lecta fuerit apud uos epistola hæc, facite ut & in Laodicensi ecclesia legatur, & ea quæ Laodicensium est, uobis legatur. Et dicite Archippo: Vide ministeriū quod accepisti in domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores estote uinculorum meorum. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum: Amen.

2. Pet. 3. c

COMMENTARIA IN EPISTOLAM primam ad Thessalonicenses.

Christo.] Quia per fidem filij, tam in patre q̄ in filio erant: Quia quicunq̄ confitetur filium & patrem habet.

Paulus & Siluanus & Timotheus ecclesie Thessalonicensium.] Quia per ipsos filijs uerbum fuerat nuntiandum, sicut & Corinthijs, quod & ad eosdem in secunda commemorat. **x** ¶ In deo patre nostro, & domino Iesu

AD THESSALONICENSES EPISTOLA PRIMA



PAVLVS & Siluanus & Timotheus ecclesie Thessalonicensium in deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratia uobis & pax. Gratiās agimus deo semper pro omnibus uobis memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione

y ¶ Gratia uobis & pax.] A deo patre scilicet & domino nostro Iesu Christo. **z** ¶ Gratiās agimus deo semper pro omnibus uobis.] Quia omnium nobis grata memoria est. **a** ¶ Memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione.] In ista desinent

A desinenti oratione, memoriae quantitas & dilectionis ostenditur, quam eorum merita postulabant. **a** ¶ Memores operis fidei uestrae & laboris. Non immerito illius fidei memores sunt, quam & iusticiae labor & charitas affectus & passionum tolerantia comprobabant.

b ¶ Et charitatis & sustinentiae spei domini nostri Iesu Christi. Ad deum patrem nostrum. Qui perfectae charitatis est, sustinet omnia patienter propter spem futuram.

c ¶ Scientes fratres dilecti a deo electionem uestram &c. Retinentes tempus electionis uestrae, qualiter nos predicauerimus, & uos credideritis. **d** ¶ Quia euangelium nostrum non fuit ad uos &c. No tandū quod illa efficax possit esse doctrina, quae iusticiae commendatur exemplo.

e ¶ Sed & in uirtute &c. In uirtute siue signorū, siue tolerantia passionū. **f** ¶ Et in spiritu sancto. Quem deuote accepi-

g ¶ Et in plenitudine multa. Perfectionis, iusticiae, conuersationis, & uirtutis. **h** ¶ Sicut scitis quales fuerimus in uobis &c. Ad profectum uestrū etiam a licitis abstinentes, ut inferius continetur.

i ¶ Et uos imitatores nostri &c. In passionibus uerbum suscipientes: sicut & nos docuimus, & dominus predicauit. **k** ¶ Excipientes uerbum in tribulatione multa &c. Hoc est, uere in spiritu sancto gaudete: sicut & apostolos fecisse legimus. **l** ¶ Ita ut facti sitis forma omnibus credentibus &c. Perfectionum exempla, forma omnibus credentibus exhibetur: uestro ergo exemplo etiā prouincia profecerunt. **m** ¶ A uobis diffamatus est sermo domini &c. Natura scilicet hanc est: ut siue bonum siue malum nūcians, ubique omni celeritate discurrat. **n** ¶ Fides uestra quae est ad deū profecta est. A uobis ad deum conuersa. **o** ¶ Ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui. Ita ut nobis incipientibus aliquid de uestro exemplo, ipsi optime scire se dicant. **p** ¶ Ipsi enim de nobis annunciant, qualem introitum habuerimus ad uos &c. Et nostrae constantiae & uestrae conuersationis omnibus nota est qualitas. **q** ¶ A simulacris seruire deo uiuo & uero. Simulacrum, a simulando dicitur. Pulchre ad deum uerum & uiuū, a falsis dominis conuersi esse dicuntur. **r** ¶ Et expectare filium eius de caelis quem suscitauit ex mortuis Iesum. Talis

termessione, memores operis fidei uestrae & laboris & charitatis & sustinentiae spei domini nostri Iesu Christi ante deum & patrem nostrum. Scientes fratres dilecti a deo electionem uestram: quia euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum, sed & in uirtute & in spiritu sancto, & in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus in uobis propter uos. Et uos imitatores nostri facti estis & domini, excipientes uerbum in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti: ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia. A uobis enim diffamatus est sermo domini: non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omni loco fides uestra quae est ad deum profecta est, ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi estis ad deum a simulacris seruire deo uiuo & uero, & expectare filium eius de caelis quem suscitauit ex mortuis Iesum, qui eripuit nos ab ira uentura.

Cap. 11.

NAm & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad uos: quia non inanis fuit, sed ante passi multa, & contumelijs affecti, sicut scitis in Philippis, fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad uos euangelium dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immundicia, neque in dolo, sed sicut probati sumus a deo: ut crederetur a nobis euangelium, ita loquimur: non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auariciae, deus testis est, neque querentes ab hominibus gloriam, neque a uobis, neque ab alijs: cum possemus uobis oneri esse ut Christi apostoli. Sed facti sumus paruuli in medio uestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes

uos

quasi hominibus placentes. Qui falli possunt. **e** ¶ Sed deo, qui probat corda nostra. Integri, quasi a deo probati & ab ipso in hoc officium destinati: qui cordis occultata rimatur. **f** Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis. Sicut qui hominibus placent, tanquam agris desiderata omnia concedentes, & mortem eorum negligentes. **g** Neque in occasione &c. Omnis qui adulatur, aut propter auariciam, aut propter uanā gloriā adulatur: ille uero propter deū docere probatur, qui ista non querit. **h** Cum possemus &c. Vel in hoc quod deus ordinauit: id est, ut de euangelio uiueremus. **i** Sed facti sumus &c. Humiliantes nos, & nec honorē debitū requirentes. **k** Tanquam si nutrix &c. Humiliās se in omnibus paruulo se coequans: ut illos ad maiora sua imitatione perducatur. Nam & balbutit interdum lingua, & manducare fingit, & cum eis lente ambulare consuecit. **l** Ita desiderantes uos &c. Sicut nutrix non

est, ut fiducialiter & cum gaudio aduentum domini expectetis. **f** ¶ Qui eripuit nos ab ira uentura. Dimittendo peccata, & doctrina sua, & exemplo ab ira nos liberauit. Iam ergo in spe libertatem habemus.

Cap. 11

NAm & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad uos. Commemorat illos, ut agnoscant uerum quod dicunt, & eorum magis proficiant exemplo. **u** ¶ Quia non inanis fuit &c. Non est inanis sermo, qui completur constantia passionis. **x** ¶ Sicut scitis in Philippis. Quia aliquantis uestrum uidetur nos Philippis passos nec expauisse persecutiones, nec predicare cessasse. **y** ¶ Fiduciam habuimus in deo nostro. Qui nos liberare in praesenti uel in futuro potest, & laboris nostri mercedem omnibus recōpensare. **z** ¶ Loqui ad uos euangelium dei in multa sollicitudine. Non negliger, nec transitorie, sed in sollicitudine non parua, sed multa. **a** ¶ Exhortatio enim nostra non de errore. Ideo non erramus, errate enim quicumque putat uel docet multos posse regnare cum Christo, sicut alibi dicit: Nolite errare: quia deus non irridetur. **b** Neque de immundicia. Sicut Iouini ani doctrina fuit. **c** Neque in dolo. Non contra constantiam nostram docentes, atque suadentes. **d** Sed sicut probati sumus a deo &c. non

A non solum uerbum, sed etiam omnem sensum perfectio-
nis suae in paruulum transfundere cupit: ut ei cito possit
aequalitas nos omnia fecimus, per quae proficere pote-
ratis. **a** ¶ Quoniam charissimi nobis facti estis. Pro-
pter fidem & conuersationem uestram, quam superius
memorauimus.

b ¶ Memores enim
facti estis fratres labo-
ris nostri & fatigatio-
nis, nocte & die ope-
rantes. Laborem
manuum nocte, & fa-
tigationem uerbi die:
ceterum semper ope-
rabatur, quando do-
cebat. **c** ¶ Ne quoniam
uestrum grauare-
mus. Apud istos
& Corinthios & E-
phesios laborauit, quibus
occasione aufer-
re cupiebat, uel docē-
di, uel de se aliquid
suspiciendi. **d** ¶ Prae-
dicauimus in uobis
euangelium dei &c.]

1. Reg. 12. d Sicut Samuel popu-
lum contestatur.

e ¶ Quam sancte &
iuste, & sine querela
uobis qui credidistis
affuimus. Ne uo-
bis ullā offensionem
dare uideremur.

f ¶ Sicut scitis quali-
ter unumquemque ue-
strum tanquam pater fi-
lios &c.] Paruulos
nutrix fouet: profici-
entes uero iam pater
instituit. **g** ¶ Et con-
solantes testificati su-
mus. In tribulatio-
nibus, promissionib.
Christi uos sumus co-
solati. **h** ¶ Utambu-
laretis digne deo. Digne
deo ambulat, qui nihil
deo agit indignum. **i** ¶ Qui uo-
cauit uos in suum re-
gnum & gloriam. Quod
non nisi eius
similes possidebunt,
iusticiae scilicet & san-
ctitatis exemplo.

k ¶ Ideo & nos gra-
tias agimus deo. Quod
primū de deo
audistis, siue audierit

Mar. 16. d Marcus, haec signa sequentur. **n** ¶ Vos enim imitato-
res facti estis fratres ecclesiarum dei &c.] Quibus dici-
tur: Nam ut uincitis compassi estis, & rapinā bonorum
uestrorum cum gaudio suscepistis. **o** ¶ Quia eadem
passi estis & uos a contribulibus uestris, sicut & ipsi a lu-
dais. De uobis plus miror, qui nec legis nec prophe-
tarum habuistis exempla. **p** ¶ Qui & dominum occi-

derunt Iesum & prophetas, & nos persecuti sunt &c.]
Quid mirum si nos mali persequuntur: qui nec ipsi
domino pepercerunt? **q** ¶ Et omnibus homini-
bus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui ut sal-
ui fiant &c.] Non solum Iudaeos impediunt, sed etiam
gentibus inuidet, ad
suorum cumulum pec-
catorum. **r** ¶ Perue-
nit enim ira dei super
illos usque in finem. Siue
quia praedico-
que poena captiui sunt:
siue quia ablati sunt
non credentibus in-
tellectus. **s** ¶ Nos
autem fratres desola-
ti a uobis ad tempus
&c.] Sicut alibi ait:
Et corpore absens, **1. Cor. 5. d**
sed spiritu praesens.
t ¶ Abundantius fe-
stinauimus &c. sed im-
pediuit nos satanas. Tribulationibus per-
sequentiū. **u** ¶ Quae
est enim nostra spes,
aut gaudium, aut coro-
na gloria &c.] Non
immerito uos deside-
ramus, per quos lati-
ciae gaudium spera-
mus, & gloria coro-
nam. **x** ¶ Vos enim
estis gloria nostra &
gaudium. Boni ma-
gistri, omnem spem, **D**
& gaudium, & gloriam
solent collocare in p-
fectu discipulorum.

Cap. III.

Propter quod non
sustinentes ampli-
us. Ad uos nemi-
nem nostrum uenire.
z ¶ Placuit nobis re-
manere Athenis so-
li. Maluimus soli
remanere, quam nescire
quid ageretur. **a** ¶ Et
misimus Timotheum
&c.] Queritur quo
modo Timotheus mis-
sus est: sed prius id di-
ctum est. **b** ¶ Et ad-
iutores dei &c.] Ad-
iutores pro discipu-
lis etiam uulgo dicun-
tur. **c** ¶ Ad confir-
mandos uos & exhor-
tandos pro fide ue-

Cap. III.

Propter quod non sustinentes amplius, placuit no-
bis remanere Athenis, soli: & misimus Timothe-
um fratrem nostrum & ministrum dei in euangelio Chri-
sti, ad confirmandos uos & exhortandos pro fide uestra:
ut nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim sci-
tis quod in hoc positi sumus. Nam & cum apud uos
essemus, praedicebamus uobis passuros nos tribu-

lationes: **d** ¶ Pro hac causa duntaxat: quia perfecte credidi-
stis. **e** ¶ Ut nemo moueatur in tribulationibus istis. Non dico:
ne omnes, sed ne uel aliquis moueatur. **f** ¶ Ipsi enim scitis,
quod in hoc positi sumus. Non ergo mirari debetis, scientes nos
aliter transire non posse, dicente domino: Ecce ego mitto uos sicut oues in me-
dio luporum. Et iterum: Ecce dixi uobis ut in me pa-
cem habeatis, in hoc autem seculo pressuram. **g** ¶ Nam
& cum apud uos essemus, praedicebamus uobis passu-
ros nos tribulationes, sicut & factum est &c.] Ne uos
ipsa nouitas deterreret, sed magis prophetia nostra con-
firmaret, sicut & dominus passurum se ante praedixit.

i ¶ Propter

Matth. 10. d
Ioan. 16. d

A 4 ¶ Propter ea & ego &c. ne forte tentauerit uos.] Dicens: Ecce in quibus putatis deum esse, qualia patiuntur, & fidem uestram forsitan commoueret. **b** ¶ Is qui tentat.] Sicut Iob à domino probatur. **c** ¶ Et inanis fiat labor noster.] Si aliquem scrupulum patiemini. No-

tandum doctrinam dici labore. **d** ¶ Nunc autem ueniēte Timotheo ad nos à uobis, & annunciante &c. Quia firmiter Christo credentes, tenetis fidem, & nos solita dilectione diligitis.

e ¶ Ideo consolati sumus fratres in uobis &c.] Omnem necessitatem & tribulationem non sentimus, præ magnitudine gaudij status uestri.

f ¶ Quoniam nunc uiuimus &c.] Etiam si occidamur, uiuimus: quia uita nostra in uestra firmitate consistit. **g** ¶ Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuire pro uobis.] Triplicem laticiam causam nobis uestra conuersatio præstat: quia & uos perficitis, & dominus per uos benedicitur, & alijs præbetis exemplū. **h** ¶ No-

B 4 ¶ Nocte ac die abundantius orantes, ut uideamus faciem uestrā.] Ostendit quantum alijs desiderandi sint fratribus, quos tantum ipse desiderat: Quis enim cum famam peperit, uidere non cupiat? **i** ¶ Et cōpleamus ea quæ defunt fidei uestræ.] Si quid fides uestra minus habet doctrinæ.

k ¶ Ipse autem deus &c. dirigat uiam &c.] Semotis diaboli scandalis, quibus noster impeditur ad uos aduentus. **l** ¶ Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat charitatem uestrā.] Quia iam plena, & opere compro-

bata est. **m** ¶ Inuicem & in omnes.] Vt non solum Christianos, sed etiam omnis sectæ homines: non erroris, sed naturæ gratia diligatis, & eis in quo indigerint, misericordiam quam illis in presenti deus exhibet, non negatis. **n** ¶ Quemadmodum & nos in uobis ad cōfirmanda corda uestra.] Fecit abundare, ut & uos aliorum corda firmetis. **o** ¶ Sine querela in sanctitate apud deum &c.] Non ante homines, sicut de Zacharia, Helisabet. Et per Esaiam: Et uos eritis mihi iusti, dicit dominus.

Cap. IIII.

lationes: sicut & factum est, & scitis. Propterea & ego amplius non sustinens, nisi ad cognoscendum fidem uestram: ne forte tentauerit uos is qui tentat, & inanis fiat labor noster. Nunc autem ueniēte Timotheo ad nos à uobis, & annunciante nobis fidem & charitatem uestram, & quia memoriam nostri habetis bonam, semper desiderantes nos uidere, sicut & nos quoque & uos: ideo consolati sumus fratres in uobis in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem uestram: quoniam nunc uiuimus, si uos statis in domino. Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuire pro uobis in omni gaudio quo gaudemus propter uos ante dominum deum nostrum: nocte ac die abundantius orantes, ut uideamus faciem uestram, & cōpleamus ea quæ defunt fidei uestræ. Ipse autem deus & pater noster & dominus Iesus Christus dirigat uiam nostrā ad uos. Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat charitatem uestram in inuicem & in omnes: quemadmodum & nos in uobis ad confirmanda corda uestra sine querela in sanctitate ante deum & patrem nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius: Amen.

Cap. IIII.

DE cetero ergo fratres rogamus uos & obsecramus in domino Iesu: ut quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat uos ambulare & placere deo: sic & ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dominum Iesum. Hæc est enim uoluntas dei, sanctificatio uestra: ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciāt unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore: non in passionis desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum. Et nē quis supergrediatur neque circūueniat in negotio fratrem suum: quoniam uindex est dominus de his omnibus, sicut prædiximus uobis & testificati sumus. Non enim uocauit nos deus in immundicia, sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit: non hominem spernit, sed deum: qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis non necesse habuimus

scribere

&c.] Non solum de fornicatione & publica turpitudine, sed etiam de transgressionem propositi. Quisquis enim continentiam deo uouerit, fecit sibi illicitum quod licebat. **y** ¶ Non enim uocauit nos &c.] Quæ corpus Christi audenter non permittit accipi. **z** ¶ Sed in sanctificationem.] Vt exemplo Christi uiuatis. Qui enim habet spem hanc in eum, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. **a** ¶ Itaque qui hæc spernit &c.] Non me, sed eum qui in me loquitur Christum: cuius spiritui iniuriā facit omnis qui non sancte uersat. **b** ¶ De charitate &c.] Videte quæ perfecti erant

DE cetero ergo fratres.] Post laudem & consolationem, incipit exhortatio. **q** ¶ Rogamus uos &c. quomodo oporteat uos ambulare & placere deo sic & ambuletis, ut abundetis magis.] Quibus uia Christus est, dignis eo gressibus ambulate: quia cum ætate fides au-

geri debet & mores: sicut cum ætate carnis, & cibus crescit & studium. **r** ¶ Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dominum Iesum: hæc est enim uoluntas dei, sanctificatio uestra: ut abstineatis uos à fornicatione.] Sanctificatio ab omni incontinentia reuocat Christianum, cui incontinenti non expedit sanctum Christi corpus attingere: maxime cum Moyses Iudæos sanctificare uolens, populū totum ab omni fornicatione se continere præcepit, ut dei potiri præsentia mererent. **s** ¶ Ut sciāt unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore.] Sui corpus unusquisque castum seruando sanctificet & honoret. Si multum cōsiderandum: quia eis tanquā perfectis, non sicut Corinthijs scribit infirmis. **t** ¶ Nō in passionis desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum.] Neminus & immoderate libidini seruientes, similes gentibus stas, quæ deū amatorem castitatis ignorant.

u ¶ Et ne quis supergrediatur neque circūueniat in negotio fratrem suū.] Ne quis post deuotam continentiam & cōsensum, fratri suo aliquam circūuentionem ut circūferre nitatur: siue in quolibet negotio, ne quis alterum fraudet. **x** ¶ Quoniam uindex est dominus

A erant qui de tanto & tam necessario praecepto, non indigebant admoneri. **a** ¶ Ipsi enim uos à deo didicistis, ut diligatis inuicem &c.] A Christo, qui dixit: Mandatum nouum do uobis. Hoc nouum est, ut pro alterutro moriamur: quia hoc uetus, non suum erat testamentum.

b ¶ Rogamus autem uos fratres, ut abundetis magis & operam detis.] Hoc est, ut iam ignotos quosque diligatis. **c** ¶ Ut quieti sitis, & ut uestro negotium agatis, & operemini manibus uestris &c.] Quidam in quiete per diuersorum discurrerant domus: aliqua etiam ad religionis opprobrium postulantes ab infidelibus: quando ad eos in secunda plenius exequitur. Vnde magis uult eos uel proprii negotii cura uel labore manuum occupari, quod ociositatis detrimentum, & inquietudinis habere peccatum. **d** ¶ Ut & honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.] Ne uos ipsi denotent, qui praestare uidentur. **e** ¶ Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus.] Dormit enim quem certum est surrecturum, sicut dictum est in euangelio de Lazaro. **f** ¶ Ut non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent.] Alio debet fieri qui peregre pergit, aliter ille qui moritur. **g** ¶ Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit.] Si ea credimus quae non uidemus, & per eius resurrectionem certi sumus nos ueniam consecutos: cur illud similiter non credamus, quod dormientes qui uideti deo non credunt? **h** ¶ Ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. ¶ Qui caput suscitauit: etiam cetera membra suscitaturum se promittit. **i** ¶ Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini.] Ex euangelii sententia. **k** ¶ Quia nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini.] Semper Apostolus diem domini se cit habere suspectum, quasi eos in corpore inueniret. **l** ¶ Non praueuiemus eos qui dormierunt.] Tanquam lox erit eorum resurrectio, quam nostra assumptio. **m** ¶ Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangelii.] Terrorem illius diei monstrat, quo omnis potestas caeli, & elementa mouenda sunt: ut nos sciamus quali conscientia diem domini expectemus. **n** ¶ Et in tuba dei descen-

det de caelo.] Si ad hominis tubam terra uidetur permoueri, quanto magis ad dei: sicut Elias quoque terribilem in monte domini uidit aduentum. **o** ¶ Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi &c.] Qui in Christo mortui fuerint, resurgent primo, & qui uiui inuenti fuerint sancti, cum ipsis pariter rapietur: qui non iudicabuntur, sed potius iudicabunt.

4. Reg. 2. b

p ¶ Et sic semper cum domino erimus.] In eadem gloria aeternitatis. **q** ¶ Itaque consolamini &c.] Notandum quod latis hoc praecipit, ut alterutrum se doctrinis instruât.

Cap. v.

D E temporibus autem &c. Ipsi enim diligenter scitis.] Euidetissima euangelii lectione edocti.

f ¶ Quia dies domini sicut fur &c.]

Quando omnes sciet dormire securos.

i ¶ Cum enim dixerint &c.] Tunc maxime timenda est poena, quam nunc non expectant. **u** ¶ Sicut dolor in utero habentis &c.] Sicut mulier ueniente partu, dolores non effugit.

x ¶ Vos autem fratres non estis in tenebris &c.] Non estis adeo ignorantes, ut nesciatis uos semper paratos esse debere.

y ¶ Omnes enim uos filii lucis estis & filii dei.] Scientia ueritatis. **z** ¶ Non sumus noctis neque tenebrarum.] Quia sicut tenebrae, ita & ignorantia, dat fiduciam delinquendi. **a** ¶ Igitur non dormiamus sicut & ceteri.] Qui sic dormierunt, etiam oblitri sunt sui. **b** ¶ Sed uigilemus & sobrii simus.] Attendite uobis, ne grauentur corda uestra in crapula

Cap. v.

D E temporibus autem & momentis fratres non indigetis ut scribamus uobis. Ipsi enim diligenter scitis: quia dies domini sicut fur in nocte ita ueniet. Cum enim dixerint: pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris, ut uos dies ille tanquam fur comprehendat. Omnes enim uos filii lucis estis & filii diei. Non sumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & ceteri, sed uigilemus & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus: induti loricae fidei & charitatis, & galeam spem salutis, quoniam non posuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus

& in ebrietate, & curis huius uitae: ergo & cura inebriant mentem. **c** ¶ Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.] Ideo ociosi & ebrii sunt, quia in tenebris sunt. **d** ¶ Nos autem qui diei sumus, sobrii simus.] Nos qui diem Christum habemus, nec ociosi, nec ebrii esse debemus. **e** ¶ Induti loricae fidei & charitatis &c.] Fide & charitate, & iusticia omnia constant, quas & loricae alibi comparauit. **f** ¶ Quoniam non posuit nos deus in iram &c.] In ira sunt positi: quia iam iudicati sunt. **g** ¶ Qui mortuus est pro nobis.] Ut nos non moreremur. **h** ¶ Ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus.] Ut siue in corpore, siue extra corpus inueniamur, semper cum ipso uiuamus.

I 3 mus

Amus. **a** ¶ Propter quod consolamini inuicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis.] Notandum quia hoc laicis præcipit: quos etiam monet, ut studeant exhibere officia charitatis. **b** ¶ Rogamus autem uos fratres ut no- ueritis eos qui laborant inter uos.] Ut intelligatis labo- rem eorum. **c** ¶ Et præsentant uobis in do- mino, & monent uos.] Exemplo iusticiæ, nō potestate terrena: si- cut ait Petrus. **d** ¶ Ut habeatis illos abun- dantius in charitate p- pter opus illorum: & pacem habete cum eis.] Presbyteri qui labo- rant in uerbo, dupli- citer honorandi sunt, id est charitatis obse- quio, & ordinis digni- tate. **e** ¶ Rogamus autem uos fratres: cor- ripite inquietos: con- solamini pusillanimes.] Pro diuersita- te morborum, diuer- sitas adhibenda est me- dicina. Illi corripien- di, ne pereant: isti cōso- landi sunt ne deficiant. **f** ¶ Suscipite infir- mos.] Sustinete nu- per credentes, qui non dum sunt confirmati. **g** ¶ Patientes estote ad omnes.] Etiam ad correptos: quia impa- tiens non corrigitur, sed irascitur. **h** ¶ Vi- dete ne quis malum pro malo alicui reddat.] Omni di- ligentia caue, ne cui infirmiora ut ignarus, uel uicem ma- li reddas: quia ultro aliquem id facere non credo. Om- nis enim qui iniuriam facit, male facit, & qui uicem iniu- riæ reddit, iniuriam facit, & male facit: quia ut superius dictum est: omnis qui facit iniuriam, male facit. **i** ¶ Sed semper quod bonum est, sectamini in inuicem, & in om- nes.] Non solum in uos Christianos, sed etiam in om- nes homines. **k** ¶ Semper gaudete.] In conscientia puritate. **l** ¶ Sine intermissione orate.] Si iugiter nō potes lingua, saltem corde, sicut Moyse tacenti dicitur: Quid clamas ad me? Siue omnis actus uester talis sit, ut pro uobis semper deum oret. **m** ¶ In omnibus gratias

Exod. 14. d

COMMENTA-
ria in epistolā secun-
dam ad Thessalo-
nicenses.



PAulus & Siluanus & Timo-
theus, eccle-
siæ Thessa-
lonicensium in deo
patre nostro & domi-
no Iesu Christo &c.
Gratias agere &c.]
Qui sibi talem eccle-
siam conquirit.
b ¶ Quoniam super
crescit fides uestra.]
Ideo laus augetur.
c ¶ Et abundat cha-

AD THESSALONICENSES EPISTOLA SECUNDA



PAulus & Siluanus & Timotheus, ecclesiæ
Thessalonicensium in deo patre nostro &
domino Iesu Christo. Gratia uobis & pax
à deo patre nostro & domino Iesu Chri-
sto. Gratias agere debemus semper deo pro uobis fra-
tres, ita ut dignum est: quoniam supercrescit fides ue-
stra, & abundat charitas uniuscuiusque uestrum in inui-
cem: ita ut & nos ipsi in uobis gloriemur in ecclesijs
dei pro patientia uestra & fide, & in omnibus perse-
cutionibus uestris & tribulationibus, quas sustinetis

agite.] In omnibus quæ acciderint, sicut Iob: siue in o-
mni conuersatione uestra domino gratia referantur.

n ¶ Hæc est enim uoluntas dei in Christo Iesu in omni-
bus uobis.] Sicut in Christo per omnia impleta est, ita
& in uobis omnibus impleatur.

o ¶ Spiritum exhorta-
tionis, quæstionibus
nolite extinguere. Si-
ue spiritum pro gra-
tia linguarum posuit,
sicut ait: Si orauero
lingua, spiritus meus
orat: quomodo etiam
ad Corinthios dicit: **2. Cor. 14. d.**

Et loqui linguis noli-
te phibere, ita & hic
spiritum non extin-
guendum esse testatur.

p ¶ Prophetias noli-
te spernere. Omnia
autem probate, quod bo-
num est, tenete: ab o-
mni specie mala absti-
nete uos.] Siue futu-
ra prædicantes, siue
præterita differentes:
tantum, ut probetis,
si legi non sunt con-
traria quæ dicuntur:
si quid tale fuerit, re-
futate. **q** ¶ Ipse au-
tem deus pacis. Qui
omnia sustinet, etiam
blasphemantes.

r ¶ Sanctificet uos
per omnia.] Siue gra-
tia, siue doctrina. **d**

s ¶ Ut integer spiri-
tus uester, & anima &
corpus.] Gratia spi-
ritus quamuis in se semper integer sit: non tamen in no-
bis integra, nisi ab integris habeat. **t** ¶ Sine querela
in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur.] Vsq-
in diem iudicii: quia non sunt tantum initia laudanda,
sed finis. **u** ¶ Fidelis est qui uocauit uos.] Qui dixit:
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego
uos requiescere faciam. **x** ¶ Qui etiam faciet.]
Quod promissit. **y** ¶ Adiuro uos per dominum, ut
legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.] Ad-
iurare permittitur, non iurare. **z** ¶ Gratia domini
nostri Iesu Christi uobiscum: Amen.] Gratia cum om-
nibus perseueret.

Finis.

ritas uniuscuiusque ue-
strum in inuicem: ita
ut & nos ipsi in uobis
gloriemur in ecclesijs
dei.] Intantum pro-
ficitis: ut non solum
alii uos inferiores quæ
collaudent, sed etiam
nos ipsi uos præfere-
mus, omnibus imi-
tandos. **d** ¶ Pro
patientia uestra & fi-
de, & in omnibus
persecutionibus ue-
stris & tribulationi-
bus, quas sustinetis.]
Nisi futura credere-
tis, ista minime sus-
ferre uelletis. **q** ¶ In

Matth. 11. d

A ¶ In exemplum iusti iudicii dei.] Ut exemplū detis, iustum dei iudicium expectandi, quem ita creditis esse uenturum. **b** ¶ Ut digni habeamini in regno dei, pro quo & patimini.] Hi digni sunt regno dei, qui gloriam ei tribuerunt, scientes nullam passionem esse condignam.

c ¶ Si tamen iustum est apud deum retribuere tribulationem his qui uos tribulant.] Hic, si tamen, confirmantis sermo est, non dubitantis: quasi dicat, si tamen foris potest iudicare iusticia, quod iustum est: nam sicut indubitanter pro nomine domini patientibus requiem, ita & incunctanter tribulationem his qui eos tribulant repromittit. **d** ¶ Et uobis qui tribulamini, requiem nobiscum.] Quia nobis cōpatimini. **e** ¶ In reuelationem domini Iesu de cœlo cum angelis uirtutis eius.] Qui uenient uindicare. **f** ¶ In flamma ignis dantis uindictā.] Si potuit flamma, dei imperio tres pueros omnino non tangere, quare non eadem potentia alijs fauor, alijs minor esse credatur? Hoc contra eos propterea quod poenam cōscientiæ somniarūt, quia hoc illis impossibile uidebatur.

g ¶ His qui non uerunt deū, & qui non obediūt euāgelio domini nostri Iesu Christi.] Non solum qui non nouerunt, sed etiam qui non obaudiūt euāgelij disciplinis.

h ¶ Qui poenas dabant in interitu æternas.] Poenas ideo qui patitur, non potest dici.

i ¶ A facie domini, & à gloria uirtutis eius.] A iusti conspectu, sententiam damnationis accipiant. **k** ¶ Cum uenerit glorificari in sanctis suis.] Ipse in suis gloriandus est membris quæ solis splendore fulgebūt. **l** ¶ Et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.] Mirabuntur impij, & irrisores humilitatis, in subitatione salutis insperatæ iustorum. **m** ¶ Quia cred. &c.] Quia multi in die illo, nostro testimonio credidistis. **n** ¶ In quo etiam oramus semper pro uobis, ut dignetur uos sua &c.] Ut digni inueniamini ad id quod uocati estis, quia priores inuitati, non erant digni.

o ¶ Et impleat omnem uoluntatē bonitatis suæ, & opus fidei in uirtute.] Adiutoria gratia, & consolatione scientiæ uirtutū, quæ opus sunt fidei. **p** ¶ Ut clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo.] Et ut Christi nomen in uestris actibus clarum sit, & uos in eius signis & uirtutibus gloriosi. **q** ¶ Secundū gratiam dei nostri & domini Iesu Christi.] Expetit à uobis quod possumus, ut quod non possumus largiatur.

Cap. II

Rogamus autem uos fratres per aduentū domini nostri Iesu Christi.] Quo uobis charius nihil esse sum certus. **s** ¶ Et nostræ congregationis in ipsum.] Quando à quatuor uentis cœli congregabuntur electi, ut ubi

fuerit corpus, illic concurrant & aquila.

t ¶ Ut non cito moueamini à uestro sensu, neque terreamini.] Perfacilis est quod de domini aduentu contra euangelicam sententiam commouetur.

u ¶ Neque per spiritum, neque per sermonem.] Ne signa uos terreat quasi per spiritum facta, quia & hoc saluator ante pramonuit: nec sermo dialecticæ uos seducat. **x** ¶ Neque per epistolam.] Neque per nos. poterant enim & hoc diabolice excogitare uersutia, licet in multis apocryphis apparet, quæ ad fidem perfidiæ faciendam, apostolorum nomine intulatur.

y ¶ Quasi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo.] dicentes: hic Christus, ecce illic. **z** ¶ Quoniam nisi uenerit discessio primum.] Nisi antichristus uenerit, non ueniet Christus. Quod autē discessionē hic dicit, alibi refugā appellauit. In Latinis exemplaribus utrunque ita intelligendū est, quod nisi uenerit refuga ueritatis, siue sui principatus defector, siue discessio gentilium à regno Romano, sicut in Daniele per bestiarum imaginem dicit. **a** ¶ Et

reuelatus fuerit homo peccati.] Diabolus scilicet. **b** ¶ Filius perditionis.] Quia cum quasi sibi natum, seruitio possidebit: qui secundum Esaiam cōturbare dicitur gentes. **c** ¶ Qui aduersatur & extollitur, supra omne quod dicitur deus &c.] Supra omnem potentiam & æternitatem se iactabit, ut sacramenta culturæ, corrigere uel augere se dicat: & templū Hierusalem reficere tentabit: omnesque legis ceremonias restaurare, tantum ut ueritatis Christi euāgelium soluat, quæ res iudeis eum pro Christo suscipere suadebit, in suo non dei nomine uenientem. **d** ¶ Non retinetis, quod quum adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis: & nunc quid detineat scitis.] Hoc est, quæ mora est, ut non ueniat. **e** ¶ Ut reueletur in suo tempore &c.] Quod tempus nondum aduenit.

f ¶ Nam mysterium iam operatur iniquitatis &c.] In his qui falsis doctrinis eius, præuium faciunt iter: quos beatus Ioannes in mundum dicit exisse. **g** ¶ Ut qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille &c.] Donec regnū quod nunc tenet, de medio

1. 4. auferatur

1. Ioan. 4. 3.

A auferatur, prius q̄ antichristus reueletur. a ¶ Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Coelesti imperio uel solo. b ¶ Et destruet illustratione aduentus sui. Quia sicut fulgur ubique coruscabit in mundo, solutis commotisq̄ elementis per ignem. c ¶ Eum cuius est

aduentus secundum operationem satanæ in omni uirtute & signis & prodigijs &c.] Sicut ante prædixit: dabunt signa, ut sedu- cāt, si fieri potest etiā electos per phantasiā simulationeq̄ uirtu- tum, sicut Iamnes & Mambre coram Pha- raone fecerunt.

d ¶ Eo quod uerita- tem charitatis non re- ceperunt ut salui fie- rent: ideo mittet illis deus operationem er- roris, ut credant men- dacio. ¶ Permittit ue- nire: nam si deus mit- tit, nō est operatio sa- tanæ. e ¶ Ut iudicen- tur omnes qui nō cre- diderunt ueritati, sed cōsenserunt iniquita- ti. ¶ Non se ppter in- carnatiōis Christi ob- scuritatem excusent, diuinis non credidit- se uirtutibus, cum ho- mini crediderint, dia- bolica arte fallente.

f ¶ Nos autem debe- m⁹ gratias agere deo semp p uobis fratres dilecti a deo. Quia charitatem recepim⁹ ueritatis, & propter hoc nos diligit deus. g ¶ Qd̄ elegerit nos deus primitias in sa- lutem in sanctificatio- ne spirit⁹ & in fide ue- ritatis. ¶ Videns para- tos ad credendum, si- cut & alibi recubēti a uiro Macedone reue- latū est. h ¶ In qua & uocauit uos p euā- gelium nostrū in ac- quisitionē gloriæ do- mini nostri Iesu Chri- sti. ¶ Ad hoc uocati sumus, ut Christi glo- riam acquiramus: sci- mus enim quoniā cū

1. Ioan. 3. 4 apparuerit, similes ei- erimus. i ¶ Itaque

fratres state. ¶ In fide ueritatis immobiles. k ¶ Et tene- te traditiones quas didicistis, siue per sermonē, siue per epistolam nostram. ¶ Quando sua uult teneri, non uult extranea superaddi. Apostolica autem traditio est, quæ in toto mundo prædicatur, ut baptismi sacramenta.

l ¶ Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos. Etiā si nō meriti fuimus. Contra Arium facit, qui deo maiore patrem putat: quia prior soleat nominari. m ¶ Et dedit consolationē æter-

dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Et destruet il- lustratione aduentus sui eum cuius est aduentus secun- dum operationē satanæ in omni uirtute & signis & pro- digijs mēdacibus: & in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt, eo quod ueritatis charitatem non recepe- runt ut salui fierent. Ideo mittet illis deus operationē er- roris, ut credāt mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Nos au- tem debemus gratias agere deo semper pro uobis fra- tres dilecti a deo quod elegerit nos deus primitias in sa- lutē in sanctificatione spiritus & in fide ueritatis: in quā & uocauit uos per euangelium nostrum in acquisitionē gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaq̄ fratres state & tēnete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, si- ue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationē æternam, & spem bonā in gra- tia, exhörtetur corda uestra, & cōfirmet in omni opere & sermone bono.

Cap. III

D E cæterō fratres orate pro nobis, ut sermō dei cur- rat & clarificetur, sicut & apud uos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Nō enim omnium est fides. Fidelis autem deus est qui confirmabit uos & custodiet a malo. Confidimus autem de uobis fra- tres in domino, quoniam quæcunque præcipimus, & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda uestra in charitate dei & patientia Christi. Denūciamus au- tem uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Chri- sti, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante in- ordinate, & non secundum traditionem quam acce- perunt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatione, nocte ac die operantes, ne quem uestrum grauaremus. Non quasi non ha- buerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formā daremus uobis ad imitandum nos. Nam & quum es- semus apud uos, hæc denūciabamus uobis, quoniam si quis non uult operari, nec manducet. Audiui- mus enim in-

nam, & spem bonam in gratia. ¶ Promissionem, siue spi- ritum cōsolatorem, qui græce paracletus appellatur. Po- test esse & spes mala in gratia. n ¶ Exhortetur corda ue- stra & confirmet. ¶ Virtutibus & reuelatione. o ¶ In omni opere & sermone bono. ¶ Prius opere & postea ser-

monē. Cap. III

D E cæterō fratres o- rate pro nobis. ¶ Dat humilitatis exē- plū, & occasionē cha- ritatis, ut p alterutro audacius exoremus. Simul notandum in q̄bus causis orare po- scat Apostolus.

q ¶ Ut sermo dei cur- rat & clarificetur, sicut & apud uos. ¶ Currat affluentia, magnifice- tur auditorum profe- ctu. r ¶ Et libere- mur ab importunis & malis hominibus, nō enim omnium est fides. ¶ Non omnes credunt, ideo contra- dicunt. s ¶ Fidelis autē deus est. ¶ Quia non relinquit, nisi re- linquentes se.

t ¶ Qui confirmabit uos & custodiet a ma- lo. ¶ In fide p doctri- nam & gratiam.

u ¶ Confidimus au- tem de uobis fratres in domino &c. ¶ Re- uelando quanta sint, quæ amoris sui causā contumelias patienti- bus pmisit. x ¶ De- nūciamus autē uo- bis fratres in nomine domini &c. ¶ Quia in prima lenius cōmo- uimus, & emendare se noluerunt. Vel hoc modo, quod sancti se ab eis separant erube- scant. Huius plane lo- ci autoritate subtra- hendum est ab omni Christiano, qui nō se- cundum Apostolum cedit præcepta.

y ¶ Ipsi enim scitis quemadmodū oporteat imitari nos &c. ¶ Qui sum⁹ forma cre- dentium. z ¶ Non quasi nō habuerim⁹ potestatem. ¶ Quia dig- nus est operari mer-

cede sua a ¶ Sed ut nosmetipsos formā daremus uobis ad imitandum nos. ¶ Ne cui occasione avariciæ, quæ fons est inquietudinis præberemus. b ¶ Nam & quum esse- mus apud uos, hæc denūciabamus uobis. ¶ Quia præ- uidebamus aliquos tales esse futuros. c ¶ Quoniam si quis non uult operari. ¶ Aut sedeant quieti, aut si ue- ri sunt apostoli, nos sequantur: si non avariciæ, sed dei causa ambulare se dicunt. d ¶ Nec manducet. ¶ Hæc sit inquietudinis nō solum pœna, sed etiam emendatio. ¶ Audiui- mus

A ¶ Audiuius enim inter uos quosdam ambulare inquiete &c.] Reddit superioris sententiæ causas, ad quos legitime debeat pertinere: scilicet ad inquiete ambulantes, non ad quiete sedentes. **b** ¶ Sed curiose agentes.] Inquirentes quid in unaquaque ciuitate uel provincia geratur & domino. **c** ¶ His autem qui eiusmodi sunt.] Non ipsos post alteram correctionem desinit commonere. **d** ¶ Ut cū silentio operantes &c.] Non cum inquietudine alienū. **e** ¶ Vos autem fratres nolite deficere benefaciētes.] Non omnibus sed talibus dari prohibeo, ne putetis me boni operis cō-

suetudinem amputare. **f** ¶ Si quis non obedierit uerbo nostro &c.] Si quis tertio noluerit emendari.

g ¶ Ut confundatur.] Non ut penitus abscindatur.

b ¶ Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite ut fratrem.] Corripite, ut emendetur: & nolite abscindere, ut desperet. Aeger curandus est, non necandus, ne in apostasiam inquietudo uertatur.

i ¶ Ipse autem deus pacis det uobis pacē sempiternā &c.] His uerbis omnes epistolas subscribebat, excepta Galatarū, quam ex integro manu propria perscripsit, ut post eam nec libi, nec angelo crederetur.

enim inter uos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes. His autē qui eiusmodi sunt, denunciamus & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suū panem manducant. Vos autē fratres nolite deficere benefaciētes. Quod si quis non obedierit uerbo nostro, per epistolam hunc note, & nō commisceamini cum illo ut confundatur. Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite ut fratrem. Ipse autem deus pacis det uobis pacem sempiternā in omni loco. Dominus sit cum omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola, ita scribo: Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen.

COMMENTARIA IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEUM.



Aulus apostolus Iesu Christi.] Autoritas & nominis & officij prænотatur, ppter eos quibus erat responsurus. **l** ¶ Secundum im-

perium dei

saluatoris nostri &c.] Non secundum meam præsumptionē, simul & patris & filij unū imperium demonstrat.

B

¶ Timotheo dilecto filio in fide.] In fide filio, non in carne.

n ¶ Gratia & misericordia & car.] Gratis misericordiam consecutus, reconciliatus sum deo.

o ¶ Sicut rogauit te ut remaneres Ephesi &c.] Quibus in actibus prædixerat intraturos lupos qui gregi non parcerent.

p ¶ Neque intenderet fabulis.] Quas Deuteroseis appellat. Unde in euangelio, docentes doctrinas hominum condemnantur.

q ¶ Et genealogijs interminatis.] Generationibus antiquorum, in quibus sibi summā scientiam uendicant, si omnes ab initio generationes enumerēt.

r ¶ Quæ quæstiones præstāt &c.] Tam ueteres contrarietates, quæ generationum sollicitudines superfluas.

s ¶ Finis autem præcepti est charitas de corde puro.] Charitas dei & pximi, in qua tota lex pendet & propheta: hæc si de corde puro sit, difficile delinquere poterimus. **t** ¶ Et cōscientia bona.] Ut cōscien-

tia tua testimoniū per te ueritati. **u** ¶ Et fide non ficta.] Fides enim ficta est quæ solo ore promittitur, & actu negatur. **x** ¶ A quibus &c.] Infinita stultitiæ est, non intellecta, de magis nō intellectis uelle firmare. **y** ¶ Scimus autem &c.] Ut a deo promulgata est, pro qualitate temporis, sicut alibi lex sancta est appellata. **z** ¶ Si quis ea legitime utatur.] Si quis sciat quibus, quare, quæ diu habenda sit data. **a** ¶ Scientes hoc quia lex iusto non est posita.] Ergo Christianis non opus est, qui sunt iustificati per Christum: qui didicerunt etiam occasiones fugere delictorum: nā ut quid dicitur: Non occides, quibus irasci non permittitur.

b ¶ Sed iniustis & nō subditis, impijs & peccatoribus &c.] Illis omnibus data est, quos abiectis criminibus nō tū reuocare.

c ¶ Et si quid &c.] Sunt ergo doctrinæ non sanæ, cōtra quas etiam data lex est, quæ contrariæ sunt celestibus institutis.

d ¶ Quid ergo ibi quarūt, quod hic non habent? simul & legem euangelij cōcordare demonstrat.

e ¶ Gloriæ beati dei, quod &c.] Per quam glorificatur deus.

f ¶ Quod creditum est mihi.] Ne diceret aduersarij: quis erat ille cui euangelium

credideretur, ait: **f** ¶ Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem &c.] Quum essem inutilis & infirmus.

g ¶ Quia fide,

AD TIMOTHEVM

EPISTOLA PRIMA.



PAVLVS apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri & Christi Iesu spei nostræ: Timotheo dilecto filio in fide, gratia et misericordia & pax a deo patre & Christo Iesu domino nostro. Sicut rogauit te ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniā, ut denunciāres quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogijs interminatis, quæ quæstiones præstant magis quam edificatio nem dei, quæ est in fide. Finis autem præcepti est charitas de corde puro & cōscientia bona, & fide non ficta.

A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Scimus aut quia bona est lex, si quis ea legitime utatur, scientes hoc, quia lex iusto nō est posita, sed iniustis & nō subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis et cōtaminatis, parricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorū concubitoribus, plagiarijs, mendacibus & periuris: & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati dei, quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui me confortauit in Christo

Iesu do-

credideretur, ait: **f** ¶ Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem &c.] Quum essem inutilis & infirmus.

¶ Quia fide,